

BULLA INTERDICTI
Generalis in vniuerso Regno
Francie ⁊ translationis Mun-
dinarum ex Lugduno ad
Ciuitatem Sebenen. ex
causis in bulla cōtentis.

NALVAS EPISCOPUS
seruus seruorum dei ad futu

raz rei memoriaz. Ad reprimenduz ne pharicos conatus peruersorum quos noxle voluntatis adeo deprauata captiua intentio vt dei timore postposito canonice sanctionibus mandatisq; apostolicis contemptis scismaticis et perditionis filijs inconsultem redemptoris nostri tunicam orthodoxeque fidei unitatem scindere satagentibus fauorem prebere adistere adherere et obedire non ex parteant ne Petri nauicula sine gubernatore et remisge nauigare videatur tanto nos qui eiusdem Petri diuina disponente clementia licet imparibus meritis successores effecti summus magis decet exaggeratione penarum et alias oportuno remedio prouidere quanto amplius scelesti et omni populo Christiano abominabilis gesta huiusmodi in diuine maiestatis offensam vniuersalisque ecclesie desolationem gregisque desuper nobis commissi perditione et pessimum omnium fidelium exemplum tendere dignoscuntur.

¶ Sane non sine magna animi molestia et mentis nostre perturbatione accepimus quod postquam nos alias assertas indictiones conuocationem et publicationem scismatici conuenticuli synagoge satane conciliabuli Petriani perniciuitatis alumnos factas indictas et publicatas omniaque et singula in eis contenta et inde sequuta quecumque ex causis tunc expressis reprobauimus cassauimus irritauimus et annullauimus ac pro reprobatis cassatis irritis et annullatis haberi nulliusque roboris fuisse et esse declarauimus ac sub certis tunc expressis poenis omnibus et singulis cuiuscumque et dignitatis status gradus ordinis qualitatis conditionis preeminentie auctoritatis et nobilitatis existentibus et quacumque ecclesiastica etiam Cardinalatus Patriarchali Primitiali Archiepiscopali Abbatiati seu Seculari Regali Reginali et etiam Imperiali ac alijs dignitatibus et preeminentijs fulgentibus ne indictionibus publicationibus et conuentionibus predictis omnibusque alijs et singulis vel eorum cuius uis per ipsos scismaticos reprobos et alios prefatos vel eorum aliquem; vt presertim; factis directe vel indirecte tacite uel expresse seu quouis quesito colore adhereret accederet interessent obedirent adisterent consilium auxilium vel fauorem prestarent aut quomodolibet intenderent imbuimus omniaque et singula

Cancelerie Aplice & deinde Mediolanen. Papale. & Asteff.
ecclesiar. valis affigi & hmoi affixionem publicari decernentes:
q̄ earundem litterar. publicatio sic facta perinde eosde. quos lre
ipse tangunt arcent: ac si lre ipse ad die affixionis & publicationis
hmoi eis p̄sonaliter lecte & insinuate forent cū non sit verisimili-
lis coniectura q̄ es que tam patenter sunt debeant apud eos in-
cognita remanere non obstanti constit. & ordi. privilegii indul-
tis: concessionibus & litteris Apostolicis ac quavis etiam Re-
gali & Imperiali auctoritate quibusvis: Ecclesiis: Monasteriis
Congregationib. ordinibus etiā medicantibus ac Regnis Do-
minis Provincis Civitatibus Terris Oppidis & locis ac plo-
nis ecclesiasticis etiam quovis ordinū Regularibus & Secula-
ribus cuiusvis status ordinis & conditionis existentibus: etiā qua-
vis dignitate nobilitate & preeminencia Civ. prefertur. falgētib.
etiam cum quibusvis clau. ulis etiam derogatoriis derogatoriis
fortioribus efficacioribus insolitis & magis urgentibus concessis
quibus etiam si de illis eorumq. totis tenoribus specialis specifi-
ca individua & expressa: non anteq. per clausulas generales id im-
portantes mentio seu quavis alia expressio habenda foret & in eis
caperetur exp̄sse q̄ illis nō nisi sub certis modis & formis aut nul-
latenus derogari possit illo. tenores ac si presentibus inererent
pro exp̄ssis habentes auctoritate Apосто. ex certa sciētia & plen-
tudine p̄fatis derogamus ceterisq. cōtrariis quibusvis. **I. Nulli**
ergo oino hominu. liceat hanc paginam nre requisitionis monitiōis
hortationis mandati remissionis elargitionis concessionis exhor-
tationis declarationis: pronuntiationis: revocationis: cassationis
annullationis decreti ac voluntatis infringere vel ei ausu temera-
rio cōtrare. Siquis aut hoc attemptare p̄sumpserit indignationē
omnipotentis dei ac beatorū Petri & Pauli apostolor. eius se nove-
rit incursum. **Datū Rome apud sanctū Petri. Anno incarnatio-
nis dñice. M. D. XLII. III. Aug. Pont. nri Anno Pono.**

Baltasar Coerdus.

D. de Comitibus.